

vero, Matculis ex Matculis primæ Lineæ extinctis, nulli Mares ex Maribus ex Filia Carolina Secundogenita vitam agunt, succedunt Filia Stirpis primæ, 5. Harum posteritate in utroque Sexu extincta, devolvitur hæreditas ad Filias Secundogenitæ Carolinæ ejusdemque Posteris cujuscunque Sexus. 6. His itidem extinctis succedendi Jus est Domus Electoralis *Saxonica* à 7. Ser. Friderico Augusto II. descendentibus Maribus ex Maribus. 7. Hisce non extantibus succedunt Ser. Electoris *Bavariæ* Caroli Alberti Posteris masculini generis ex maribus ortum trahentes. 8. Quod si nulli adsint, ad Successionem vocantur Masculorum *Saxonicorum* Filia cum Posteris. 9. Post eas Caroli, utriusque *Sicilia* Regis, ex Uxore primi Thori procreata Soboles mascula. 10. Porro postgenitarum Filiarum *Saxonicarum* Descendentes masculi ex masculis. 11. Si tales non superesse contigerit, *Sicilia* Regis Filia earumque Descendentes utriusque Sexus. 12. Exarescente hac quoque Linea, Filia reliquarum Filiarum *Saxonicarum* & qui quæve ex iis procreata sunt. 13. Has excipient Filia Stirpis *Bavariæ*. Denique (cum ex Ser. Sororibus Imperatoris innuptis prolem amplius sperare non liceat,) 14. ad *Portugallia* Regis Johannis V. cum uxore Austriaca prognatos Liberos utriusque Sexus eodem, quem hætenus indicavimus, modo regimen Terrarum Austriacæ Domus hæreditariarum perventurum esset.

Plura de hac materia nosse volentes ablegamus ad PRÆSIDIS *Acta publica und verschiedene andere* **Schriften/ die Succession in denen Oesterreichischen Erb. Landen und jetzt Regierender Kayserlicher Majestät darüber errichtete Sanctionem pragmaticam** betreffend, Francofurti ad Mœnum, 1732. 8. cum primis vero ad Dn. ROUSSET *Interets presens des Puissances, de l'Europe Tom. 1.* (Edit. 1733.) ubi, præter

B

Acta